



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Fasti Mariani**

**Brunner, Andreas  
Pfeffer, Wilhelm**

**Antverpiæ, [1659 erschienen] 1660**

S. Victoria V. & M. 23. Decembris.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42032**

flamnis cum tribus filiis astris inserra. Hæc Helenæ magis propitia navim ad littus appulit. Sed hem in portu alia tempestas insurgit! ANASTASIA tribus palis alligata igne exuritur; socia turbâ omnis per diversa supplicia fortæ atimos expirat, cæ in vultu & oculis letitiâ, ut ad nuptias ire omnes dixisset. Et ibant, sed Agni; iuri porro, quocumque hic iverit, quid? quod vestigia sua, quò nos etiâ sequi sciremus, sanguine signarunt. Ex Metaphr.

Contramortifera blandimenta luctemur, sciennes in eo quotidiana martyria Christianis deesse non posse. Si enim castitas & veritas & justitia Christus est; sic & ille qui eis insidiatur, persecutor est; & qui ea in aliis defendere, & in seipso custodire voluerit, Martyr est. S. August., serm. 250. de Temp.

## S. VICTORIA V. &amp; M. 23. Decembris.

**N**Empe nuptias VICTORIA parabat, nihil magis sollicita, quam ut ad eisdem abhorrentem Anatolian impelleret. Ajebat itaque nuptias primos homines celebrasse, Deo ipso paronympho. Eisdem sacrosanctas ab omnibus gentibus, etiam Christianis, habitas esse. Christum nuptias adiisse & miraculo probasse; ipsum adeò despondere sibi Ecclesiæ voluisse. denique quid liberis & nepotibus dubitarer orbem implete, quando, ut hic crederet, Deus imperasset? Contrà pugnabat Anatolia, in primâ mundi ætate hæc locum habuisse, cum juvenem hunc crescere & impleri inquilinis opus erat. At nunc incolas non tam orbi quam celo deessere. Christum non nisi è Virgine voluisse nasci, vivere morisque virginem voluisse, sponsum Ecclesiæ non nisi Virginis esse.

Neque

Neque verò se nuptias respuere, modò sponsus Deus esset. Videret ipsa, an hic terræ filio postponendus esset? Nuper adeò se ex Angelis didicisse (& didicerat) dotem huic unicè virginitatem placere, Eois lapillis omnibus chariorem. Itaque in hunc amores suos se transtulisse. Quòd si invaderet VICTORIA, partam se esse etiam illi hunc conciliare. His & similibus dictis jam dudum parili amore VICTORIA in Christum ferebatur. Quò ergo cum sibi devinciret, misso homine dotem in paranympchos pauperes profundit, & in exilium acta ad alteras jam nuptias sc̄ parat. Iamq; unica purpura nuptialis deerat. Bonum factum: dedit hanc sanguis pro sposo fusus. Ex Adone & Aldelmo..

*Amor rerum terrenarum viscum est spiritualiū pennarum. Ecce concupisti, hasisti. Quis dabit tibi pennas ut columba? quādo volabis? ubi uerè requiescas, quādo hic, ubi male hasisti, peruersè requiescere voluisti? S. August. serm. 33. de verb. Dom.*

## S. NICOLAVS MILES. 24. Decembri.

Hanc militum ego periculosisissimam pugnam pugnant. Nam huic succumbere, quid aliud est quam triumphos suos vendere? NICOLAON nostro crede, qui cùm in Bulgaros movit Nicephori Imp. auspiciis, ecce priusquam bellum hostis faceret, militi mulier fecit hospitis filia. Ter impetum in castissimum fecit; sed ter NICOLAVS repulit verecundię umbone tatus. Poterat ergo ante pugnam victoriam canere, solus ex omni exercitu Nicephori victor. Etenim sub noctem sominus NICOLAVM in campum producit; videt stantes

utrimq;

25. utrim  
curre  
aspici  
tis in  
victor  
finistre  
finiste  
Sed &  
det,  
suis f  
Somn  
Rom  
ultim  
COLA  
religi  
pugna  
quod  
Vide  
pondes  
& an  
de im  
pecus  
NAT  
E  
sed stip  
soli q  
vultu  
Cæcu  
deo: v  
Stabul  
pector  
loquac